

obviae verisimiliter spermogonia Cocco mycetis (vel Phacidii) sistunt:

Fusic. Juniperi (Fr.) Karst. Cocc. Juniperi Karst.;

Fusic. pinastri (Fr.) Karst. et Fusic. pithyophilum (Sacc.) Karst. Cocc. Pini (Alb. et Schw.) Karst.;

Fusic. coronatum Karst. Cocc. coronati (Fr.) Karst.;

Fusic. latitans (Fr.) Karst. Phacidii Vaccinii Fr. sec. Fuck.

Notula.

Clarissimus Dr. Rehm, utpote e „Corrigenda“ in Rabenhorst-Winter: Fungi Europaei Cent. 30 patet, fungillos nostros in ista exsiccata sub No. 2744 et 2835 editos ad alias species referendos esse censem, nempe Mollisia Myricariae Bres. No. 2744 ad Nipteram Ligni (Desm.) Rehm Ascom. No. 413, et Mollisia caesiella Bres. No. 2835 ad Pyrenopezizam aterrimum Rehm Asc. No. 512. —

Non contentionis causa, sed amore veritatis unice ducti, huic sententiae nos subseribere non possumus; qua vero de causa in sequentibus depromimus.

1. *Mollisia Myricariae* Bres. cum specie a Rehm in suis Ascom. No. 413 edita utique convenit, sed minime cum *Cenangio Ligni* Desm., quale a me, et a *Mycologis generatim* est intellectum. *Cenangium Ligni* Desm., nobis ad ramulos Mori albae frequenter obvium, differt ascomatibus jam primitus sub eoriaceis, etiam disco fuscis, non vero carnosomollibus, et disco cinereo, uti in nostra *M. Myricariae*, quae in prima evolutione facillime cum *Mollisia cinerea* Batsch confundi potest.

Etiam Clarissimi Mycologi Boudier, Quelet, et Saccardo, cum quibus specimina communicavimus in specie nostra minime *Cenangium Ligni* Desm. recognoverunt; sed Boudier in ea novam vidit speciem, Quelet varietatem *Mollisiae cinereae* Batsch. habuit, et Prof. Saccardo eam ad *Pezizam Tamaricis* Roum. duxit, at e speciminibus authenticis a Roumeguère habitis mihi res non satis clare eluet.

Species nostra ergo minime cum *Cenangio Ligni* Desm., prout amicus cl. Dr. Rehm autumat, conjungi potest; sed cum revera sit identica cum specie a Rehm in Ascom. ad No. 413, anno 1876 edita sub nomine *Tapesia fusca* f. *Myricariae*, nunc ceu *Mollisia Myricariae* (Rehm) in catalogo mycetum servanda est. —

2. *Mollisia caesiella* Bres. (in *Fung. Europ.* No. 2835) vero certe diversa a *Pyrenopeziza* aterrima Rehm Ascom.

No. 512, si diagnosis ab ipso auctore pag. 123 data aliquam fidem meretur.

Species nostra ascomatibus setulis marginalibus, aciculatis, interdum fasciculatis praedita est, ascii $90-100 \times 12 \mu$; sporae clavulatae, pluri-guttulatae $20-30 \times 3-3\frac{1}{2} \mu$, Jod +. In specie Rehmiana e contra de setulis non fit sermo, ascii $50 \times 10 \mu$, et sporae ellipticae, biguttulatae $24 \times 5 \mu$ dicuntur. Jod —.

Nullo modo ergo, propter differentias allatas, species nostra ad Pyr. aterrimam Rehm ducenda, sed proprio nomine eeu species authonoma et in posterum est servanda.

Etiam Cl. Prof. Saccardo fungum nostrum novum considerat, et sub nomine „Piottaea Bresadolae Sacc.“ in Michelia II, pag. 536 describit.

Magras, die 13. Februarii. J. Bresadola.

Notiz.

Professor Saccardo bittet mich um Publication der beiden nachfolgenden Stellen aus seinen Briefen an mich. Ich komme diesem Wunsche nach, gebe aber den Originaltext, um nicht durch etwaige incorrecte Uebersetzung den Sinn seiner Mittheilungen zu verändern.

Den Aufsatz von Professor von Niessl in Hedwigia 1883 No. 10 betreffend, schreibt Professor Saccardo:

„Je pense que les raisons adoptées par Mr. Niessl pour supprimer Philocopra et soutenir Valsella, Diatrypella etc. ne soient pas legitimes. I. Je prends garde de voir si le caractère est constant, ou non et dans ce cas je le trouve constant, que le nombre soit multiple ou non de 4. II. Mais, admise toute fois cette distinction, je porte toute persuasion que aussi dans Valsella, Diatrypella, Coronophora, Ditopella etc. le nombre des spores soit un multiple de 4, comme je l'ai pu voir moi-même et Nitschke dans les espèces de ces genres, ou pour la moindre multitude de spores, on peut les compter.“

Bezüglich des Artikels von Cooke über Anthostoma in Grevillea XII, p. 49 äussert sich Herr Prof. Saccardo folgendermaassen: „J'ai lu tout-à-l'heure la note de Mr. Cooke sur le genre Anthostoma du Sylloge. — C'est curieux! Mr. Cooke fait tout d'efforts pour décréditer mon ouvrage et quel en est le résultat? — Il élève à l'honneur de genre le sousgenre Fuckelia de mon Anthostoma, y déplaçant seulement un très-petit nombre d'espèces. Et voici tout! — Quant au Sphaeria cubicularis et autres,

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1884

Band/Volume: [23_1884](#)

Autor(en)/Author(s): Bresadola J.

Artikel/Article: [Notula. 22-23](#)